



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 17.

Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?

QVÆSTIO I.

Quæ prima dies azymorum?

In Greco vltima Phrafi dicitur in xpo. prim. a. Syrus diem addit, uti Latinus, Græci subaudire solent. Syrus vi. ver. i. ita & hic vocat Phascha. quod a gaudio ita dicitur, Glossa addit. Phascha, id est significare dicit, quod Pascha. Ethiopes in suo computu, quem lib. 6. citat Ioseph. Scilicet de commendatione temporum habent Phascha. Transitus autem significat, quod nocte Angelus dum necat primogenita Aegyptiorum, domos Iudeorum transiit. Habuerunt autem diem suorum festorum feriæ Iudei, atq; locis publicis affixæ Calendaria, multo enim maior erat in ipsorum Ecclesia, quam Christiana mutatio festorum: quod lunares menses haberent. Ideoq; singulis quadrienniis magnam, pene vnus mensis intercalationem habebant. Verum de die azymorum magna est disputatio. Lex posita est. Exod. 12. 6. Et seruabitur vobis vespere ad vespere decimam diem mensis huius: immolabitq; cum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vespere. Et sument de sanguine et ponent super vtumq; postem. Et in superl. m. in quibus comedent illum. Et edent carnes

nocte illa assas igni & azymos panes cum lactucis agrestibus. Et vi. 18. Primo mensis 14. mensis ad vespere am comeditis azyma vsque ad diem 21. eiusdem mensis ad vespere am.

Eadē sententia Leu. 13. 25. Nū. 28. 18. repetitur. Constatur igitur primum mensē sacrum constitutum esse nouum, & eius die decimā agnum acceptum, deinde decimā quarta die vespere maceratum, allatum, consumptum. De anno satis constat: nam in Aegypto aliud anni initium habuerunt. Cancro Aegypti initium anni dabat, ut ex Macrobio. refert Coelius lib. 15. c. 3. lectionum ant. Cancro vobis, hoc est, Cancro lacum acubare, aiunt. Sed crebro illi annos mutauit, sub Nabonassare, post Alexandrū, sub Casare. Hæc cū ita sint variæ tamen mouentur in hac questione difficultates: de quib. cum Iudeis, Græcis, hæreticis est cōtrouersia.

Quod si quispiam eo die mundus non esset, non poterat in alterum differre diem, nec ob aliam causam anticipare, sed celebrandum erat Pascha, decima quarta die mensis secundi, ut factum est 2. Par. 30. 15. De lege igitur satis constat, quæ sit prima dies azymorum, quæ scilicet, more Hebræorum à vespere incipit diei decimæ quartæ, & desinit in vespere diei decimæ quintæ, quæ dies est Pascha & prima azymorum, sed pridie decimæ quintæ discipuli accedunt, eaque vocatur prima dies per Synecdochē, quod in illa prima dies ad vespere am inciperet, quo tempore etiam fermentato vespere non licet, imo ne habere quidem in vniuersis habitaculis Isaacitarum. Exod. 12. 8. & 15. Ordo dierum est, quem hoc in schemate conueris.

Dies Pasche.

M. S. G. 112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500

Martis.	Mercurij.	Iouis.	Veneris.	Sabbati.	Solis.	Lunæ.	Martis.
Feria 3.	4.	5.	6.	7.	Dominica.	2.	3.
Mensis dies 12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
Sabbati 3.	4.	5.	6.	Sabbatum.	1.	2.	3.
Dies naturalis.	13. nox dies.	14. n. d.	15.	16.	17.	18.	19.
Dies festus à vespere.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
		Missi discipuli, agnus comestus.	Crucifixio.	Obsignatio sepulchri.	Resurrectio.	2. Festum.	3. Festum.
		nox dies.					

QVÆSTIO II.

Quo tempore Christus Pascha comederit?

Hæc ipsa die nempe 14. ad vespere, quæ 15. festiua; seu facta inchoabatur, constat. n. Iudeorum dies festos à vespere inchoari. Clarū est ex legē verbis iam ante citatis, & confirmatur ex Leuit. 23. Menſe primo 14. die mensis ad vespere Phasce Domini est: & 15. die mensis huius solennitas azymorum Domini est. Sen. 2. dieb. azyma comederit. Hæc in sententiā sunt Chryſoſt. 6. 82. & 83. in Math. Theoph. Theodore. q. 24. in Exo. Theophil. Alex. ad Theodot. Victor Anulothenus, Cypr. de vetera Domini, Amb. Epist. 83. Genad. pro Cōc. Florēt. Baro. an. 3. 4. Deckerius Theorematis de anno ortus Christi, ac mortis Domini. Si. n. nō eadē die sumptis cœnā, & pascha comedit, necesse est, vt anticipauerit, ut pascha comedere non potuisset posteam noctē altera die, hōtā 6. in cruce actus sit. At nō anticipauit. Nam 1. die azymorum veniunt discipuli, & quæruunt. Vbi vis paremus tibi comedere Pascha, non igitur ante diem 1. comedit cum 1. die ante vespere nōdū apparatū esset. Marcus consuetudinē significatū indicat. Primo die

azymorum, quādo Pascha immolabāt. Lucas oīum clarissime: Venit dies azymorum in quo neceſſe erat occidi Pascha. 6. 22. 7. Et nō die 14. sed 15. Ioseph. in p̄logenienis secūde editionis. Et nō die 14. in gate recte verū in quā neceſſe erat, sed oportebat: nō illo ludibrio veritate opprimere tamē poterit, cur nō oportebat, nisi quia diuinā lege cautum erat: Atq; hæc est, quam dicitur noster interpretes dixit. de alio effugio alio loco dicam. Quin ille, ad quem discipuli mittuntur, iam erat ad celebrandū Pascha paratus, & cœnāculū grāde stratum: nisi a eo tempore oēs simul Pascha comedissent, nouū & inauditū & illi, & familiæ fuisset, & noua sacerdotib. faciendi occasio, si anticipādo oēs violatæ legis dānasset. Nec discipuli in crastinum, sed in eundē diem Pascha parant. Græci nōnulli tres Euāgelistas errore lapsos, à Ioanne correctos affirmāt. Atq; illud, ante diem Pascha ex Ioā. 13. interpretatur. Alii negāt Christū comedisse agnū paschalem, q̄ recubuerit, alj tēterit. Hec apud Theophi. & 7. 8. vbi q̄ dicitur: nō ē, ὅτι τὸ ἐστὶν τὸ ἐκείνου οὐκ ἔστιν ἐκείνου τὸ πᾶσχα. ὁ κέρως. λέγειν γὰρ ὅτι ἰσχυμένοι, ἡσθιον γὰρ ἀμύρον, ὃ ἡγεῖτο ἀνικητό, οὐκ ἔστιν ἐκείνου τὸ πᾶσχα. &c.

Christus comedit agnū die quā oportuit.

Græci quidam negāt Christum comedisse Pascha.

hinc est Pentecostē incidere ad diem dominicum, hoc est diem primam post Sabbatum, si die veneris,

seu parasceue sabbati exclusiue incipiat numeratio. Vt ex hac tabella apparet.

Sabb. post Pasch.	Solis	Lunæ	Martis	Mercurij	Iouis	Veneris.
	2	3	4	5	6	7
Sabbati	Solis	Lunæ	Martis	Mercurij	Iouis	Veneris.
8	9	10	11	12	13	14
Sabbati	Solis	Lunæ	Martis	Mercurij	Iouis	Veneris.
15	16	17	18	19	20	21
Sabbati	Solis	Lunæ	Martis	Mercurij	Iouis	Veneris.
22	23	24	25	26	27	28
Sabbati	Solis	Lunæ	Martis	Mercurij	Iouis	Veneris.
29	30	31	32	33	34	35
Sabbati	Solis	Lunæ	Martis	Mercurij	Iouis	Veneris.
36	37	38	39	40	41	42
Sabbati	Solis	Lunæ	Martis	Mercurij	Iouis	Veneris.
43	44	45	46	47	48	49
Sabbati	Solis Pentecostes.					
50	51					

8. Multo firmius esse videtur, quod est Ioan. 19. Iudei Pilato enim pro tribunali sedente, & de iustitiæ factario iustitiam damnanter, Evangelista dicit. Erat autem Parasceue Paschæ, hora quatuor sexta. Scaliger in prologomenis secundæ editionis. [Contra obijciunt: 1. *παρεσκευη* & *πασχα*. Ioan. 19. 14. Hic misera latibiam querunt, & strenuo mendacio icum declinant. Aut *παρεσκευη* tantum dici de Sabbato. Acuti homines. Quare dicit *παρεσκευη* & *πασχα* nisi *πας* & *σχα*, quali & sit *παρεσκευη*, alius rei, quam *πασχα*, quod quidem verum est. Nam *παρεσκευη* est genus cuius species *παρεσκευη*, & *πασχα*. Vtrumque vno verbo habetis *עירוב* gherub. Itaq; *עירוב שבת* gherubichabbath, *παρεσκευη* & *πασχα*, siue *πασχα*, non dicitur, *πας* & *σχα*, quod finit alia *παρεσκευη*, siue *πασχα*, quæ a festis suis appellationem sortitur *עירוב שבת* gherub pefach, parasceue. *παρεσκευη* & *πασχα*, *עירוב שבת* & *πασχα*. Itaq; ei parasceue in qua Christus passus, accidit tum vix consuetudine esset *πασχα*, tum *πασχα* & *πασχα*, tum vt casu *πασχα*, id est *πασχα* & *πασχα*. Sabbatum enim illud erat *πασχα* & *πασχα*.

Nam si contumeliosus est in eos qui ab ipso dissentire coguntur. Nemo dubitat, *παρεσκευη* & *πασχα*, esse *παρεσκευη* & *πασχα*, scapha est enim scapha: at ille cum calum inuenit, scapham se habere gloriatur. Parasceue Paschæ est parasceue Paschæ, ne meuerge dabitur Iosephe quod optas. Non est tamen parasceue Paschæ sensu Scaligerino, sed alio meliore, scilicet, ille parasceuen putat preparationem ad Pascha, quæ præcedat Pascha: nos preparationem ad sabbatum, non ad Pascha. Ideo autem dici parasceuen Paschæ, quod in ipsum Pascha incideret, quasi dicas: parasceuen paschalem, seu profabbaton paschale. Et tamen parasceue *πασχα*, non *πασχα*. Septem igitur azyntorum dies etiam Pascha dicebatur, & quod in vnam earum incidebat, sabbatum paschale, & pari profabbato, parasceue paschalis. Ioan. 19. 31. id clarè demonstrat, seque explicat: Iudei ergo, quia parasceue erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato, erat enim magis ille dies sabbati, &c. Ecce dies quæ tracha artronum sunt crura & corpora deposita.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

ita erat parasceue, vt esset sequenti die sabbatum: quod non licebat in cruce relinqui corpora: parasceue igitur illa erat sabbati, nec opus habebat parasceue Paschæ: nam in eo licebat cibos parare. cap. 12. Nihil operis facietis in eis, exceptis quæ ad vescendum pertinent. Parasceue habetur Matth. 27. 62. quod est sabbati parasceue. Et Marc. 15. 42. qualis parasceue fuerit exponit. *Και ὅτι ὁ Ἰησοῦς γενόμενος ἐπὶ τῷ σταυρῷ ὡς ἔστι προεσκευαστοῦν*. Et cum iam fero esset factum, quia erat parasceue quod est antelabbatum, ubi antelabbatum est vna dictio, in re illa à nostro interprete facta noua. Definuitur igitur parasceue à Marco *προεσκευαστοῦν*, profestum, sed *πασχα* antelabbatum. Sic & Lucas 23. 54. *Et erat dies parasceues, & sabbatum illucescebat*. Eodem modo Ioan. 19. ver. 14. 31. 42. semper accipitur pro parasceue Sabbati, nunquam pro preparatione ad Pascha. Aut sane locum offendat, ubi sit parasceue ad Pascha, non ad Sabbatum.

Quod Scaliger ait *עירוב* gherub esse generatim *πασχα*, fallere nos vult, in Scriptura non accipitur pro parasceue festorum: Syriacum *עירוב* gherubetha est parasceue: seu vespere Sabbati: nam ab *עירוב* vespere nominis est origo. Non est igitur ratio cur nouas parasceues inducat. Nulla. n. in Scriptura *עירוב* est parasceue. Rectius igitur in principio Iosephus Scaliger sensit, cum multis hominum millibus, vt ipse fatetur, lib. 6. de emendatione temporum Christum passum esse ijs Nisan, nec Pascha anticipasse.

§. 4. Negant Iudei in paschate opus fieri solitum fuisse: at Sacerdotes Pilatum aduenit, accusant, ad Herodem currunt, & recurrunt. Tandem dominus crucifigitur. Respondeo homines improbos odio & inuidia estuantes festi rationem exigam habuisse: vicia illa violenta sunt, more impatientia, & in transuersum rapiunt. Festum violare metuunt, qui filium Dei ad crucem posunt: Interim Dei causam, & religionis agere se simulant. Moris autem erat, vt si qui in legem peccassent, paschalibus diebus in exemplum punirentur. Nec tamen difficile erat excusare festi profanationem: Consultare de religione opus pium & festo conueniens iudicabant: ire ad Pilatum & Herodem non estimabant tale opus, quo festi sanctitas violaretur: nam sabbato, quo maior erat indicta quies, mille, vel vltij bis mille passus conficere licuit. festo.

Tr 3 Accu-

angelia

A Iudæis hoc habuisse tradunt, ut omni die Pascha celebrarent, non ergo Iudæi quasdam ferias habebant, quæ festi illius non essent capaces. Vid. Epiphanius hæres. 50. & 70. Achan. Epist. ad orthodoxos. Nolla tunc festi translatio. Solo interdum tempore differabant, inquit, at si Iudæos secuti sunt, semper tempore differabant: nunquam Dominicâ die secundum Scaligeri mentem Iudæi Pascha celebrarent, ne duo festa concurrerent, at vero aliter factum esse, nos docet Ecclesiæ authentica traditio. Ambrosius Epist. 83. docet exemplo Ecclesiarum cum in Dominicâ incidit luna quarta decima, in sequentem transferendum Pascha, consulantur verba eius toto tractatu.

De Basso & Paschatibus vide Tertull. in præfatione. Epiph. hæres. 50. August. hæres. 27. si luna illa in Dominicâ incidere, ieiunabant. Quod vero Scaliger fingit, eos ab Apostolis hunc habuisse morem, eos centum annos Iudæis Pascha celebrasse, miranda est in homine doctæ pietas, & sentiendi temeritas. S. Petrus constituit, ut Pascha Dominicâ die celebraretur, idq; S. Marcus Alexandria doctus fautor est Proteus Episcopus Epist. ad Leonem pontificem: recenset Beda in retract. in acta Apostolorum. Ignatius Epist. ad Philippenes exiit, ante undecimo Titiani, negat Pascha cum Iudæis celebrandum. Epistola est octava, ad Philippenes, in alijs est Epist. 3. adhuc dico Episcopo & Presbyteris in Domino, qui cum Iudæis Pascha gerit, aut solennia dierum festorum suscipit, participat eis, qui Dominum & Apostolos secuti sunt.

Namque si difficile fuerit Scaligerum ex suomet libro retinere. Lib. 7. recitat Canonem Hippoliti Episcopi Ponticis, qui martyrium subiit anno Domini 229. Imperatore Alexandro, ut est in Martyr. Roman. Augusti apud Baron anno 229. num. 3. Centesimam annus ab Apostolorum ætate, & plures transierant. Ex canone tamen conuincitur, priores non celebrasse Iudæis Pascha, si Scaliger de translatione credamus. In Canone habetur, *ἡμεῖς οὐκ ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς μεταστήσομεν τὴν ἑορτήν*. Transfere ieiunium oportet, ut hinc Dominicâ incidit. Si autem incidit Pascha in Sabbatum, scilicet Iudæico more transferetur in proximum sabbatum. Victorinus in prologo ita de hac celebratio. Si autem die Sabbati plenilunium esse contingit, & consequenti Dominico Luna decima quinta reperiri, res huiusmodi de transmissa in alterum diem Dominicâ id est Luna vicissim secundam, transferri Pascha debere dicunt, ne minus eiusdem Dominicâ peragendo mysterio deficiant, quam sextam decimam ne amplius quam vicissim secundam Lunam aliquando recipient, eligentes potius in Lunam vicissim secundam diem festi Paschalis extendi, quam Dominicam Paschalem ante Lunam quintam decimam statuas inchoari.

Hinc Scaliger l. 7. in Canone Hippoliti, concludit. Ergo in illa prisca Ecclesiâ mos erat, nunquam Pascha in XV. Nisan celebrare. Et ego contra Scaligerum: non ergo illa prisca Ecclesiâ Pascha Iudæis celebrabat. Hec enim ille citat: nec minus eo facit Canon, quem citat ex Clemente Alexandrino l. 7. c. 12. *ἡ δὲ μέριμνα τοῦ ἡμετέρου Φυλακίου ἐν ὅλῳ τῷ ἐκείνῳ τῷ τῆς ἑορτῆς τῷ ὄντι, ὅτι περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ κυρίου, ἀλλ' ἐν ἑορτῇ τῇ κυρίου. Vnde dicitur: sabbatum nobis custodiendum toto anno, quod est sepulture Domini, quæ ieiunare conuenit, non festum agere. Hoc ieiunium, cum esset Sabbato, sequebatur die Dominico Pascha Christianorum, non Iudæorum secundum Scaligerum, ne duo dies Festi concurrerent.*

Quin Canon Apostolorum indicat, non celebratum Pascha die lunæ, & Iudæi die lunæ ieiunium celebrare poterant. Verba Canonis sunt, *ἐν τῇ ἀγγελίᾳ ἐπο-*

ρεύθη ἀπὸ κυρίου ἡ ἐορτή, ἢ τῇ σάββατῳ, ἀλλ' ἐν ὅντι, καὶ μόνη καὶ ἑορτῆσθαι. Si quis clericus inuentus fuerit Dominicâ ieiunans, aut sabbato, præterquam vno & solo, deponatur. Nunquâ Dominicâ ieiunare permittum erat, Sabbato vno habebat & solo, qui Pascha antecedit: at semper pridie Paschalis erat ieiunium, non ergo dies Paschali pridianus erat dies Dominicus. Quin clare Scaliger l. 7. in eodem Canone. [Nam quoties, inquit, terminus incidit in Dominicam, si in illa Dominica celebraretur Pascha, antecedente Sabbato ieiunandum fuisset ex Canonibus qui vetat villo Sabbato ieiunare præter vnum, id est Sabbatum Paschalis. Sed quia in termino Paschali non licet celebrare Pascha cum Telsaredecatis, ideo ab illo Sabbato ad sequens tradendum ieiunium, & ab ea Dominica in proximâ, unde vocatur hoc *ἀποκρίσις*, hæc translatio ieiunij.]

Si non licet celebrare cum Telsaredecatis, non ergo cum Iudæis, nam Scaliger iam ante hos cum Iudæis conuenire docuit l. 2. de cyclo Telsaredecaticarum. [Nam qui per omnia Apostolos hac in re imitarentur, & permulti ex illis ex Iudæismo ad Christianismum transissent, nō obsecrum est eorum cyclum merum Iudæicum fuisse, & de Periodo Alexandria Iudæorum per solutum.] At dicit, hæc fuisse posterioris æui, postquam Victor Dominicâ instituit celebrationem Paschalis. At vero aliud conueniunt priora testimonia: non Ecclesiæ, sed patrum fuisse illâ consuetudinem. Et rationes ostendunt, quæ & prisce Apostolorum, & Apostolicorum viroꝝ tempore valuerunt. Ambrosius Epistola ad Episcopos per Æmyliam eadem ratione vtitur. Domig. 1^a die (si ut superiora docent) Pascha cum discipulo mandauit. Si quæritur autem die, hoc est feria sexta, rursusque est, Luna quinta decima. Sabbato quoque magno illo sexta decima fuit. Ac per hoc septima decima Luna surrexit a mortuis. Vnde hæc lex Pascha nobis seruanda est, ut non quartam decimâ observemus in die resurrectionis. Sed in die magis Paschalis, ut & re alius proximis superioribus diebus. Quia resurrectionis celebratio die Dominica celebratur. Dominicâ autem ieiunare non possumus, quia Manichæos etiam ob istius diei ieiunia iure damnamus. Hoc est enim in Resurrectionem Christi non credere, si legem quis ieiunij die resurrectionis indicat, cum lex dicat Pascha edendum cum amaritudine, hoc est, cum dolore, quod tan o facit legio hominū auctor salutis sit interceptus: de autem Dominica exstantum Propheta docet dicens: Hic est dies, quem fecit Dominus, exultemus & letemur in eo. Ergo non solum Paschalis diem, sed etiam Resurrectionis seruari oportet a nobis, ut habeamus & amaritudinem & letitiam diem: illo ieiunemus, isto letiamur. Vnde si incidit, sicut futurum est proxime quarta decima Luna mensis primi die Dominicâ, quia neq; Dominicâ ieiunare debemus, neq; tertia decima Luna die Sabbati incidente ieiunium soluere, quod maximè die Paschalis exhibendum: in altera hebdomadam celebras Pascha est differenda. Morem confirmat exemplis. Nempe an 80. Diocletianæ, & alijs.

§ 4. Non dubium est multos in Asia Christianos, inter quos Polycarpus alijsq; viri magni decima quarta Luna Pascha celebrasse, verum non omnes Asiatici id fecerunt. De Polycarpo narrat Eusebius l. 4. c. 13. Cum beatus Polycarpus, Antiochæ Episcopus administraret: Romanus vetus conuenerat, cum ille & Antiochæ de alijs rebus, de quibus fuerat inter se discere abierant, placita inter se, & consensum pax inter eos quoniam fuit conuinita: quin pro hoc fisco obseruatio, quod controuersum in Pascha caput videbatur, charitatis vincula nequaquam ruperunt. Sed et celebratio tamen Antiochæ Polycarpo poterat persuadere, ut suū obsequando seruandi morem deponeret: neq; contra Polycarpus Antiocho persuasit, ut obseruandam Asiaticam (quæpue qui motum Presbyteri quædam illius etiam antegressi, debere fido restitui, et affertur) villo modo obseruaret. Hæc Polycarpus ex consuetudine Christianorū, qui ex Iudæis fidem susceperunt. Erat illa multorum consuetudo Iudæorum, præteritum, ad religionē conuictorum, quos ne offenderent

caritonia causa, cum illis legem Moysi seruabant, & alij, ferebant id Apostoli, quod sine maiore malo emendari non poterat. Pius quidem pontifex anno Domini 119. decretum fecit, ut Pasche dies die Dominica celebraretur, ut refert Eusebius in Chronico. Et ait Socrates Nouatianus ad Petrum & Paulum istam consuetudinem referri, scripto autem doceri non potuisse. Verum fidem eius, cum Nouatianus fuerit, qui Quartodecimanis fauebant, merito suspectam habeo.

Cum enim Dominica dies celeberrima fuerit in Ecclesia, Apoc. 1. nec aliam ob causam quam quod ea dominus resurrexerit, quis dubitare potest illam ipsam annuam celeberrimam fuisse. Luna autem decima quarta in vasis dies incidebat, ut etiam aliquando dies dominicus profestus pascha necessario fuerit. Imo die dominico stantes orabant, & a pascha ad pentecosten: seu ad octauam pentecosten, quam vocabant *תבואת ארץ ישראל*, Festum omnium Sanctorum. Post illud tempus, ut etiam in Ecclesia Romana vitatum, de geniculis adorabant, vocabant & illi *תבואת ארץ ישראל*, genuflexione, & genupositionem. Syrus *שבת רבוב* *Sim resubab*. Hinc Tertullianus. *Die Dominica nefas ducimus vel de geni uis adorare*. Eadem immutata a die Pasche ad pentecosten vsque gaudemus, ita libro de corona militis c. 3. & inter traditiones hoc ipsum refert. Sic Hieronymus. aduersus Luciferianos, ubi docet similia auctoritatem legis scripte sibi vsurpasse. Aethiopes tempore Liturgiæ, quæ est apud eos longissima, ad stationem fulcræ parata habent, cum igitur Dominica propter resurrectionem ita instituta sit, quis dubitet resurrectionem suam, non aliena die celebratam, non die sabbati, quo in sepulchro, non veneris quo passus fuit, non die Iouis quo tristis anima eius ad mortem fuit, non alia die celebratam, sed die resurrectionis. Quin Eusebius l. 5. c. 22. docet patres Concilij de Paschate instituti, traditionem Apostolicam allegasse, & unam sententiam decretum fecisse, ne alio aliquando die, quam Dominico celebraretur. Hoc decretum ad sua tempora peruenisse scribit.

VERSVS 18.

At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.

QUESTIO I.

Apud quem Pascha Christus comedit?

Ad quem-
dam.
§. 1. Verba sunt: *אמר יֵשׁוּעַ אֶל הָאֲנָשִׁים*, ad quendam. Miror quosdam interpretes existinare Domini illa verba non esse, cum neminem nominaret, sed ad quendam ire iussit; Deinde signa quærentibus responderit, ut hominem vas aquæ ferentem sequeretur, ut est Marci 14. 13. Luc. 22. 26. Græci & Latini vix Hebræam phrasin exprimunt, dicunt illi *בֵּית פֶּלֹסִי* *Pheloni almon*; Est illud 1. Reg. 21. 3. ubi Dauid ait, *Conduxi pueris, in illum & illum locum*. Syrus interpres habet *בֵּית פֶּלֹסִי* *Leuath pelan*, & glossa marginalis *בֵּית פֶּלֹסִי*, ut Peloni, Pagninus vertit, in locum obscuri ignoti. Iun. & Tremell. Calviniani, in locum cuiusdam N. sic Rhubi. 4. i. Booz appellat, illum enim Ruth debebatur vxor. Peloni almon ut Pagninus, & quidam singularis. Iun. & Trem. N. Verus inter-

pres vertit, vocans eum nomine suo. 70. utrunque verbum reddunt vno: *קִיפֶר*, occultus, latitator. Sic formantur *אֶלֶם* obmutescere, manipulos colligere, alij viduum significare volunt. Sed illa interpretatio nimium a te abit. In libro regum est *אֶלֶם מִקְדָּם* *אלם מקדם* ad locum cuiusdam. Nam *מִקְדָּם* est pro *מִקְדָּם* in regimine scilicet. Danielis 8. 13. duo nominata vnum contrahuntur, diciturque *בִּלְבָּבִי*, aliqui, quidam.

Duo itaque illa ponuntur, pro nomine vel hominis, vel loci, alteriusue rei, ideoque diuersis modis explicari debet. Deinde nomen eius quid dicitur Peloni almon, aliquo contemptu non subicitur, vel indignatione, sed vrbane, & amice. Imo exprimi poterat. Nec enim Booz cognatum apud Iudæos dicitur appellabat, quocum illi nulla conuersione erat, & multo minus Daniel illum contemptum voluit, quocum Angelus loquebatur.

Nec tamen opus utroque vocabulo, Syrus vno contentus est, *בֵּית פֶּלֹסִי*, nam *בֵּית פֶּלֹסִי* idem quod *בֵּית פֶּלֹסִי* ad, recipit autem more nominum omnia affixa. *בֵּית פֶּלֹסִי* in foemina *בֵּית פֶּלֹסִי* est talis, quedam, alterum *בֵּית פֶּלֹסִי* non puto Syris vitatum.

§. 2. Quis vero fuerit, quem communi vocabulo designauit, nondum hæcenus sciti potuit. Nicophorus domum Ioannis Euangelistæ fuisse refert, l. c. 28. idemque Cedrenus in annalibus. Hoc mihi idcirco verisimile non videtur, tum quod eius rei nomen mentionem faciat Euangelistarum, tum quod Ioannes ipse mittatur cum Petro. Reliquæ Ioannes omnia, patrem, retri, domum. Virum magnam & nobilem fuisse Hieronymus Epist. 19. existimat, nam habere aulam magnam & opulentum & potentum est, non plebeiorem. Alij ignotum hæcenus, alij vero amicum & familiare Apostolis arbitrantur, utrumque incertum. Qui Marcum fuisse hospitem putant, refelli non possunt, sola tamen coniectura nituntur. Voluit enim ille, qui factum Magdalene in eius memoriam toto mundo prædicationis, huius a se tantopere honorati nomen ignorari a posteris, in cælo Angelis & sanctis Dei notum. Sitamen omnino ut coniectura placeat, dicendum, fuisse Ioannem qui cognominatus est Marcus Actor. 12. ita Alexander Monachus apud Metis phrasten die 11. Iunij. & Nazianzenus in carmine: quos aliquam traditione cognouisse non est dubium. Alioqui magnam illius domus gloriam fuisse nemo dubitat, Deum suprema nocte excepisse, primam fuisse illam, in qua iuge noui Testamenti sacrificium se oblatum, sacramentum datum Apostolis: templum Christianorum antiquissimum ac sanctissimum.

§. 3. Diuinitatem & præscientiam suam non modo Apostolis demonstrat, dum euentura prædicit, verum etiam dum iure suo indicat, patris familias quid fieri velit, Dominum se ostendit. Quod Calanus ait eum nuncios misisse, ut morositate culpam dilueret, suspiciones sunt, non erat illud hospitis ingenium, ut Domini aduentus grauis illi esse posset. Nec tempus suum adesse ea de causa admonet, quod se de præuentione legitimi Paschæ excuset, sed ut ostendat, verum esse Pascha, se sponte in mortem ire, ibi cenare, deinde exire, & mori velle. Atque adeo id iam tempus adesse. Discipulos etiam ad fore monet, ut parati illi & instruere necessaria posset.

VERSVS 20.

Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis.

Q. 1.